

August Varenius

**Benedictae Trinitati Testium In Coelo Patri Verbo, Spiritui Sancto qui Tres Unum Sunt Sacrum Propheticum & Apostolicum In ipso solemnī Sacratissimae Trinitatis Omnibus & singulis Academiae Civibus ad dandam Deo Trinuni maiestatem, & humilimam Summi mysterii venerationem Studiosis Inprimis ad attollendos illorum animos a Nundinis seculi, in quibus ut plurimum sunt dedecorum pretiosi emtores, ad thesauros & lucra coeli illius praeprimis unius Margaritae quam, ut emeret prudens Insistor, omnia venundedit, explicatum**

Rostochii: Kilius, 1662

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn735637938>

Druck Freier  Zugang



37.

BENEDICTÆ TRINITATI  
TESTIUM IN COELO  
**PATRI VERBO,**  
**SPIRITUI SANCTO,**

qui TRES UNUM SUNT

SACRUM Propheticum & Apostolicum

In ipso solemnī SACRATISSIMÆ  
TRINITATIS

Omnibus & singulis ACADEMIÆ Civibus  
ad dandam DEO TRINUNI majestatem, & humilimam  
SUMMI mysterii venerationem

**STUDIOSIS INPRIMIS**

ad attollendos illorum animos à Nundinis seculi, in quibus  
ut plurimum sunt dedecorum pretiosi emtores, ad thesauros & lucra cœli  
illius præprimis unius Margaritæ  
quam, ut emeret prudens Institor, omnia venundedit,  
explicatum.

ab

**AUGUSTO VARENIO, SS. Theol. D.**  
Hebraicorum & Cateches. Christ. Professore  
h. t. Universitatis Rostochiens. RECTORE.

*Proverb. 30. 4.*

מי עלה שמים וירד מה שמו ומה שם בנו כי הדע  
Quis ascendit cœlos & descendit? Quantum est NOMEN EJUS, & quantum est NO-  
MEN Filii EJUS, num noveris? *1. Joh. 5. 7.*

Ὅτι θεῖς εἰσιν οἱ μαρτυροῦντες ἐν τῷ οὐρανῷ, ὁ πατήρ, ὁ λόγος, καὶ τὸ ἅγιον  
πνεῦμα. καὶ οὗτοι οἱ θεοὶ εἰς εἶς.

Quoniam tres sunt, qui testantur in cœlo: Pater, Verbum & Sanctus Spiritus: & HI  
TRES UNUM SUNT.

ROSTOCHII, Typis JOHANNIS KILII, Acad. Typogr. 1662.

R. U. Progr. 1662/e



Emorable planeq; *מאגידֹזֹר*  
est, quod in verbis Agur filii  
Jake (quas voces à Chaldaeo  
rectè agnitas personarum  
propriarum, Vulgatus, sequente  
Salmerone, sub appellativà sup-  
positione intellexit de Salo-  
mone & Davide, reddens: Ver-  
ba Salomonis Congregantis fi-  
lii Vomentis sc. Davidis,) magno

Prov. XXX. 7. *2. 3.* mysterio præmittitur. Ego, ait Agur Orator, *brutus*  
*eram præ viro, nec intelligentia hominis erat n. hi. Nec didici*  
*sapientiam, ut notitiam Sanctorum cognoscerem.* Prodigio-  
sus sanè humilitatis Confessor, qui ita sibi denegat  
*אֵרַר אִישׁ בִּינְיָן* Menschen Verstand / seu & sapientiam &  
*intelligentiam humanam,* magnavoce protestatus: *Non*  
*didici sapientiam, ut sibi tamen vendicet scientiam Ange-*  
*licam, vel יֵרַעַת קִדְשֵׁי הַיְהוָה* die Wissenschafte der Heiligen /  
Matth. 1. 3. *10.* illam sc. notitiam mysteriorum regni Cælorum, quæ per *Spiri-*  
Eph. 1. 17. *cap. 3. 10.* tum sapientie & revelationis datur Sanctis, & per Ecclesiam  
1. Pet. 1. 12. Sanctorum crescit ipsis Principatibus Angelorum, quorū  
igneus appetitus est, in mysteria Evangelistarū semper in-  
trospicere. Specimen scientiæ Sanctorum subjicit ex sum-  
mo venerandæ Trinitatis mysterio: *Quis ascendit Cæ-*  
*los & descendit? quis Ventum pugillis suis collegit? quis aquas*  
*veste constrinxit? quis constituit omnes fines terræ? quantum sit*  
NOMEN EJUS ET QUANTUM NOMEN FILII  
EJUS *numquid noveris?* Sed absolvit Oratorem My-  
sterium, cujus tanta sublimitas, ut & Philosophorum  
Aquila Aristoteles (cui, qui in divinis rebus Platonem ante-  
ferunt, illos mancipia pauca lectionis appellat Scaliger) &  
Demosthenes ac Cicero, quorum ille præripuit huic Ora-  
tori,

tori, ne primus esset: hic illi, ne solus esset, universâ illâ suâ sapientiâ & intelligentiâ humanâ bruti sint ad mysterium, & abolendâ sapientiâ Magistri, ad quos in his sacris exclamat Apostolus: *Ubi Sapiens? nonne Deus infatuavit sapientiam mundi hujus?* Equidem apud Platonicos divinus olim celebratus ternarius ita digestus, ut statuerent (1) τὸ πρῶτον ἓν seu *Primum unum* (2) τὴν νῦν seu *Mentem* (3) ψυχὴν seu *Animam*, visus nonnullis, ad SS. Trinitatis dogma propiùs accedere, cujus tamen, si quam ab ipsamet luce Mosaicâ scintillam radiumve tenuerunt, dum primum illud unum θεοσίμιον, & divinius, quod scilicet *ævum mentis avo suo, & ipsam Mentem divinitate antecesserit*, appellarunt, dum ψυχὴν seu *animam* & Deo & Mente inferiorem statuerunt, vix umbram reliquerunt, ut jam dudum illos qui in ANIMA illâ intellexerint Spiritum S. & veterum decempedâ nostrâ religionis immensos agros metiri posse sibi persvaserint, nefandi atq; impii flagitii reos proclamaverit Scaliger l. alleg. qui idē, dum pro viro divino, quem vocat, Aristotele tantus fuit Zelota, ut supra humanum captum, in DEO intelligente seipsum & spirante erga intellectiōnem suam amorem utriq; equalem apprehendisse statuerit lucem Trinitatis, & dum alicubi ejusdem cum nostro generis Deum ipsum fecerit, ac nostram adeò humanam cum Deitate naturam conjunxerit, incarnationis, prudentiùs ignovisset verrucis Platonice, ne offendisset tuberibus propriis, quæ retundit noster Agur, ad scientiam Sanctorum, ad חֵן מְשֻׁבָּה mysteriorum nihil facere clamans אדם בִּינְיָן seu intelligentiâ humanam, quippe quæ non caro & sanguis; sed solus Pater cœlestis revelat, imò quæ à sapientibus & intelligentibus seculi abscondenda, per & doniâ seu beneplacitum imperscrutabile infantibus fuerunt manifestata. Absolvit Oratorem

1. Cor. 1. 19. 20.

Matth. 16. 17. c. 11. 26.

Joh. 3. 3. f.  
u.

torem profunditas Christianorum mysteriorum, quam tantam agnovit, ut licet illa sola ab incunte pueritia usq; ad decrepitam senectutem, maximo otio, summo studio, meliore ingenio addiscere laboraverit, licet omnium profanarum scientiarum cognitioni sese subtraxerit, ut scientiam sanctorum addisceret, in hac tamen nunquam tantum proficere potuerit quantum optarit. Absolvit Agurem grande, quod per sacras hodie porticus personat, nomen, Nicodemus, Judæorum Princeps, Assessor Hierosolymitani senatus & ὁ διάσκαλος seu Celeberrimus Doctor Israelis. Non deerat principi Doctori **כֹּהֵן גָּדוֹל** seu *intelligentia humana*, non secularis *sapientia*. Quam verò tantus Doctor, brutus ad mysterium? qui, Baptistâ per Sacramentum regenerationis, pandente portam Cœli, ejusq; prædicante necessitatem, cum, quia & salutis cupidus, & metuens ne fieret ἀποσυνάγωγος, nocturnus ad Servatorem de tanto Sacramento Consultor accessisset, JESU regenerationis mysteriû, triplicatâ, sub potenti præloquio: AMEN, DICO TIBI, sententiâ, publicanti, postquam Servator jam occupaverat illam totam fieri ἀνωθεν & cœlo deberi, *angustias uteri incapaces Nicodemi senis*, obiecit: inde cum modum specialem quoq; Servator ὁ Φιλάνθρωπος Θεός expressisset, illam scil. fieri ex Aquâ baptismali & Spiritu illas aquas inflammante, *spiritualem* illam nativitatem, non *carnalem*, nec ob ignorationem modi specialissimi abnegandum mysterium, cum & venti elementaris, etsi maximè sonori, speciale μήθεν & μὴ ignoretur, illud: πῶς seu *QUOMODO possunt hæc fieri?* reposuit, adeò ut blandissimo Servatori temperatum illum Elenchum: *Tunc es celeberrimus ille Doctor Israelis & hæc ignoras!* imò nec cū Collegis tuis *Principibus & Phariseis* fidem habes nobis, qui

qui loquimur, quod novimus, & testamur quod vidimus! extorserit. Atq; utinam fuisset ita נבד seu brutus Nicodemus, prout noster Agur, nec opposuisset magis ληρωδίας καὶ ἀπειρίας καταγέλαστους seu deliramenta & ridiculas dubitationes suas, mysterio S. Spiritus, per aquam ignibus caelestibus ardentem, purificantis seu regenerantis: quàm mysterio Spiritus S. ex aquâ, cui incubabat, olim Creaturas animantis seu vivificantis! Egregiè Chrysostomus in h. l. ἰσχυρῶς πῶς ἔτ' ἂν πῖς οἰκείοις λογισμοῖς Ἰησοῦ ἡπιστάμενοι τὰ πνευματικά, καὶ καταγέλαστα φηγγεταὶ καὶ ληρεῖν δοκεῖ καὶ μαθεύειν. Τοῦτο καὶ πῶτον οὐκ ἀφῆκεν ὑψηλόν τι καὶ μέγα φαντασθῆναι. Summa est. Nullum grandius mysteriis periculum, quàm si subjiciantur humana ratiocinationi seu illi נבד נבד (vid. sup.) Tales sapientes loqui ridicula, delirare velut ebrios, & non estimare majestatem mysteriorum, prout nec generationis, nec regni Caelorum vocabula intellexerit Nicodemus, quia scrutator rationis. Absolvit Agurem majestas caelestium seu ἐπουρανίων, unde representanti Pharisaorum Principum personam Nicodemo Servator: si, inquit, mibi terrena vobis eloquenti (sive illa Ἰησοῦσιν seu terrena dicantur τοπικῶς, quia fiunt in terrâ, sive comparativè seu συγκριτικῶς, quia, licet e. c. caelestis nostra sit regeneratio, comparata tamen ad illam sempiternam Filii ex Patris substantiâ generationem est quasi terrena) non creditis, quomodo, si locutus fuero vobis caelestia, creditis? Ex eadem classe τῶν ἐπουρανίων seu caelestium, par exemplorum allegavit Agur, unū est de DEO PATRE ASCENDENTE ET DESCENDENTE: alterum de æquali gloriâ & majestate PATRIS & FILII. Filius scil. cujus æquè nomen ineffabile celebratur, illius nominatur Filius, qui ascendit in caelos, & descendit. Ascendit ergò Pater, & descendit Pater. Descendit quoq; Filius, & ascendit.

Chryf. hom. 23. in Johan.

Gen. 1. 2.

Chryf. hom. 23. & 24.

Eph. 4. 10. *ascendit.* Imò ὁ κατεβὰς, αὐτὸς ἐστὶ καὶ ὁ ἀναβὰς. Deus Pater ascendit antequam descendit. Filius descendit, antequam ascendit. Poterat Pater ascendens non descendere. Non poterat Filius descendens, non ascendere. Atq; prout Agur Patrem: ita Filius, seipsum ascendentem & descendentem commemorat in sanctissimo illo mysteriorum trifolio

Joh. 3. 13. 1. Filius Hominis descendit de Cælo & quidem descendit, ut velut ille serpens in deserto exaltatus à Mose, servavit ad morsos intuentes: ita ille Crucifixus credentes. 2. Filius hominis loquens in terris cum Nicodemo, actu personali verè & realiter est in Cælo. 3. Idem Filius hominis, qui descendit, ascendit in Cælum, & quidem, ut nullus unquam ita adscenderit, nec ascensurus sit, prout Filius hominis, unde illud ἀναβέβηκεν, ne quis ex hypothesi temporis Grammaticâ concludat, ascensum hic intelligi jam tunc præteritum, quando Servator hæceloquebatur apud Nicodemum, & adeò non Symbolicum: sed vel Metaphoricum, vel Doctorem proprium, quo JESUS baptizatus mysteriorum cognoscendorum causâ verè ascenderit in Cælum, & à Deo Patre plenè informatus descenderit ἀωθεν, quod Photiniorū ascensionem JESU propriam duplicantium ex loco præsentis & c. 3. 31. c. 6. 38. delirium est. Neq; ergò, prout Filius Hominis, ita Pater vel ascendit, vel descendit. Ascendit, Φῶς ἀπεθόρον inhabitando, Pater & ab oculis mortaliū longissimè se subducendo. Descendit per VERBUM, in primis hypostaticum incarnatum ἐπ' ἐχάτων τῶν ἡμερῶν sese revelando. Exemplum alterum est ex SS. Trinitatis mysterio de imperscrutabili Nomine Patris & Filii. Quantum est NOMEN EJUS ejus sc. qui colligat ventum, pugillis, qui constringit aquas veste, qui constituit omnes Fines terra? Et quantum est NOMEN FILII EJUS, numquid noveris? Illustrissimum sanè scientie Sanctorum, vel

vel קרושיה רעה specimen: unde sequentia deducimus μετ'ομα. (1) Datur in divinitate aeternus Pater: & aeternus Filius. Sanè is, cui illa majestatis in aere, in aquis, in terrâ tribuuntur exercitia, verus & aeternus Deus & divina adeò persona est. At illa ipsa persona habet Filium proprium, ejusdem ineffabilis cum personâ divinâ, cujus Filius est, majestatis, de quò æquè enunciatur מר' שם בנו i. e. Quàm excellens est NOMEN Filii ejus? ac de personâ Patre מר' שמו i. e. Quanta excellentia NOMINIS ejus est? atq; adeò & revera ante conceptionem ex Mariâ virgine extitit Filius Dei unigenitus, & extitit, ex quo illa persona cujus est Filius, i. e. ab aeterno. Neq; ullum in textu signum pro abo Filii contradistincto Patris aeternitati: sed, prout aeternus is, cujus nominatur Filius, ita Filius. (2) Datur adeo in divinitate numerus & ordo hypostaticus, sc. 1. persona Pater, 2. persona Filius (& quæ alibi sub uno etiam eodemq; essentiali nomine copulatur) 3. S. Spiritus. Sanè Deus Pater & Filius Dei o μωνογενής adeò clarè velut personæ divinæ ejusdē majestatis hîc describuntur, ut vix quicquā ullibi clarius. De Spiritu autē S. verè personâ divinâ adeò clarum, quod in solemni Pentecostali publicavimus, argumentum Isajannum, de irritato ab Israelitis rebellibus S. Spiritu, & hoc ipso in hostem converso, pugnante contra illos ut & Smalcus agnoverit illum personæ characterem, & hæresin suam debellatam causamq; desperatam, responsione prodiderit: Licet Spiritui S. tribuatur, quod est persona proprium, tamen POTEST id fieri per Prosopopoejam. (3) Patris & Filii (& Spiritus S.) eadem est divinitas, equalis gloria & coaeterna majestas. Ethoc mysterium jam tunc in V. T. explicitè credidit Agur professus æque Filii Dei, ac Patris Dei

Isaie 63. 10.

Sm. disput. 1. de Trin.



Smalc. disp.  
de Trin. p.  
40.  
ibid. p. 15.  
vid. Smalc.  
d. de Tr. &  
ref. thes.  
Grav. de  
incarn. so-  
cin. lib. Q.  
R. P. p. 40.  
&c.

Dei nomen ineffabile: qui adeò jam tunc jugulavit blasphemias veterum & nostri seculi Photinianorum voces: *Aternus Pater, quò Pater, nullus est: nullus aternus* b. e. ab aeterno Filius. Nos non agnoscimus indivinitate personam 1. quia non 2. & 3. Horret animus meminisse blasphemias, quas in SS. TRINITATIS, FILII aeternæ GENERATIONIS & INCARNATIONIS inprimis mysterium foedè eructant Hæretici, & ad religionem interest, ne meminisse quidem: sed βεβήλας impuras chartas relinquere. Quicquid à blasphemis illis obicitur e. c. HOMO NEMO APPELLARI POTEST QUI PERSONA HUMANA NON EST. Si Filius Dei incarnatus & adeò extitit ante conceptionem. E. ex Marià Virgine non est concepta & nata persona, vel etiam persona in Christo duplicanda. Quot sunt personæ, tot sunt essentia & contra, quot rationales essentia, tot sunt persona. Si Deus filium generaret ex essentia, & totam suam essentia Filio communicaret E. vel Filius erit Pater, vel erunt 2. Dii, ad hæc & alia respondisset noster Agur: *Se non didicisse sapientiam vel intelligentiam humanam* אֵין מִדָּעָה: nosse autem: simpliciter illis inhærendum, quæ clarissimè continentur in קְדוּשַׁת רַעֲיָהוּ seu scientia Sanctorum: Credere inde non nisi unum, unigenitum & aeternum Dei Filium per unionem non persona: sed natura humana ex Matre Virgine futurum. Θεὸν ἑσώμην. Credere inde, aliam personam esse Patrem, aliam Filium: & utriusq. tamen idem essentielle nomen, eandem divinitatem, æqualem gloriam & coaeternam Majestatem. Filium, cujus nomen Admirabile, esse Patris, non Patrem scilicet verè esse genitum, quia Filius unigenitus: Neq. tamen Patrem vel personam Patris, quia Patris Filius: Nec alium DEUM, quia Patris & Filii eadem Majestas, idem Nomen. Sed

SED nec minus illustre breviariū **יהוה אלהים אחד** fidei Sanctorum circa  
 præfens de SS. Trinitate mysteriū, est illud de 3. Testibus in Cælo, quod Johan. 1. Ep. c. 5. 7.  
 nes pari, quā Agur, eloquitur claritudine, nexuq; evidenti. Quicquid natū  
 est ex Deo vincit mundum. E. regenito non est grave CHARITATIS præ. v. 3. 4  
 ceptum. Omnis qui credit JESUM esse Filium Dei vincit mundum: quippe  
 Fides nostra est victoria quæ vincit mundum. Omnis regenitus credit. E.  
 Ita à charitate ad regenerationem à regeneratione ad fidem, velut instrumen. v. 4. 5.  
 tum triumphale, à fide ad credentem, (Quis est qui vincit mundum, nisi qui credit)  
 à Victore credente ad ipsum Fidei objectum, JESUM, adscendit, & in hoc fa-  
 stigio subsistens, quid ad obtinendam servandamq; regenerationis gratiam  
 & illam de mundo Victoriam, de JESU credendum, illà fide quæ est  
 η νίκη η νικησασα τον υγος μου ostendit thesi novâ bimembri: sc. (1) JESUM v. 5.  
 esse FILIUM ILLUM DEI, unigenitum scil. (2) JESUM CHRISTUM  
 Ιεσν Χριστον nostræ regenerationis Autorem esse, & propterea venisse non per  
 Aquam solum: sed per aquam & sanguinem, Spiritu, quippe qui est v. 6.  
 ipsa veritas, testificante. Probat nunc ordine duo illa membra: Illud  
 quidem de JESU DEI FILIO & naturâ Deo per Triadem Testium divinorū v. 7.  
 seu in cælo, & cælesti illo divinitatis argumento testantium. Hoc autem (de  
 Θεω Ιεσν Χριστῳ per Aquam, Sanguinem, Spiritum regenerante) Triade Testium  
 in terrâ & in argumento adeo ε τω γαιῳ seu cujus exercitiū in terrâ. Conclu. v. 8.  
 dit deniq; E. insistentium testimonio Dei, quod testificatus est de Filio suo, creden-  
 dum JESUM esse Filium Dei, & id agendum, ut unusquisq; habeat testimonium  
 in seipso, cujus summa exprimitur: Deus dedit nobis vitam æternam in filio, v. 9.  
 quem proinde qui habet, u. habet vitam æternam: prout contra vitam non ha. v. 7.  
 bet, qui non Filium Dei. Tantâ catenâ gaudet illud Catholicæ fidei stereoma, ut v. 4. ad 13,  
 vel integer & incomparabilis ille textus sit per obelos de sacris voluminibus v. 3.  
 radendus, vel ille de 3. in cælo Testibus, qui Tres unum sunt, æquæ ac ille  
 de 3. in terrâ Testibus qui tres in unum sunt, vindicandus: quod post superiora,  
 facile est expeditre nunc ex ipsâ lectionis historiâ. Absuerit aliquando à  
 quibusdam Latinis codicibus, prout etiam nunc deest in Testamento Syro,  
 Arabico, Æthiopico, audiamus Hieronymum de culpâ: illo inquit, loco,  
 ubi de VNITATE TRINITATIS, in Johanne positum legimus, ab INFIDELIBUS Hier. prol.  
 TRANSLATORIBUS multum erratum esse à fidei veritate comperimus, trium Canonic.  
 tantummodò vocabula, hoc est Aqua, Sanguinis & Spiritus in ipsâ suâ editione, ad Eusto-  
 ponentibus, & Patris, Verbiq; ac Spiritus Sancti testimonium omittemibus, in quo chium.  
 B maxime

maxime & fides Catholica roboratur, & Patris & Filii & Spiritus sancti una divinitatis substantia comprobatur. Expunxerint Translatores Hæretici, vel ab his seducti, in quibusdam Codd. Latinis, ut per hos nec influerit in Arab. Æthiop. Syr. imò eraserint quoq; in quibusdam particularibus Codd. Græcis, perseveravit nihilominus inde ab ipsis Apostolorum temporibus in omnibus authentici textus Græci probatis exemplaribus, usq; adeo, ut non Hieronymus saltem suâ jam ætate provocaverit ad fontes Græcos (quippe ex quibus si ab interpretibus fideliter in Latinum textus verteretur eloquium, sermonis varietas sese non impugneret vid. Hier. l. alleg.) & Erasmus ipse tetatus fuerit in Annotationibus: hæc eadem verba haberi in pervetustis Græcis exemplaribus Britannia, Hispania, ac Rhodi: Sed & Rob. Stephani in Edit Græcâ sine ullo contradictionis signo lectionem Catholicam in Triade Testium in cælo, prout nos præmisimus, expresserit, notato saltem uno Cod. Hispanico qui legat, *ὅτι ἰσχύς ἐστὶν τὸ εἶναι ἐσσι*. Perseveravit quoque in in longè plurimis Codd. Latin. & etiam nunc legitur in longè antiquissimis de anno 1482. imò 1015. *Tres sunt, qui testimonium dant in cælo: Pater, Verbum & Spiritus Sanctus. Et hi tres unum sunt.* Nec ulla varietas insignior Codd. Latorum, nisi quod, notantibus Lovaniensibus, XV. Codd. manuscripti non habeant in Triade Testium in terrâ clausulam illam de Trium Unitate, qui autem habent, æquè hîc ac paulò ante in Triade Testium in cælo, legant: & hi tres unum sunt: ubi Blandrata & ipsi Socino objicientibus lectionem latinam v. 8. ut evincant non magis unitatem essentiæ probari in Triade Testium in cælo, quam Testium in terrâ, quod utrobique addatur: *Et hi tres unum sunt,* facillè obviam itur ex fontibus Græcis, qui distinctè loquuntur. Ibi *ὅτι ἰσχύς ἐστὶν ἐσσι*. Hîc autem *ὅτι ἰσχύς ἐστὶν τὸ εἶναι ἐσσι* agnoscente in hoc exemplo sentium in N. T. Græcorum Prælatorem ipso Bellarmino. Spiritus adeo, Aqua & Sanguis non sunt unum: sed conspirant in unum Testimonium

Hyg. Ep. 1. um & regenerationis mysterium. At Pater, Sermo & Spiritus non saltem sunt notavit: in unum: sed & unum: imò quia singularissimè sc. eâdem numero essentiâ Aug. 99. sunt unum, proinde etiam in unum consensu & concordia. Perseveravit Evang l. 2. in custodia Patrum, ex quibus seculo 2. Hyginus ep. 1. ad omnes fidel. c. 5. q. 39. Johannes Evangelista ad Parthos (ad illos enim hanc epistolam missam sententia fuit veterum, ipsiusq; Augustini) TRES SUNT, inquit, qui testimonium de un. dant in cælo, Pater, Verbum, & Spiritus S. Et hi tres unum sunt. Cyprianus l. Eccl. p. 297. de un. Ecclesiæ: De Patre, inquit, & Filio & Spiritu S. scriptum est: Et HI

Tres

TRES UNUM SUNT, Athanas. l. 2. ad Theopis. Johannes Evangelista in  
Epistola sua dicit: Tres sunt qui testimonium dicunt in caelo, Pater, Verbum, Spi-  
ritus S. Et hi tres unum sunt. Conf. in disput. Athanasii & Ariani, juxta  
titulum, Nicenâ synodica edit. Commel. l. allegatis. Conf. plura apud Am-  
bros. C. Polit. contra Cajetanum Dubitantium.

351  
Athanas.  
Tom. 2.  
p. 399.  
& 1. p. 109

Et ita quidem par apophthegmatum sanctissimo-  
rum ex utroq; V. & N: Instrumento authentico, in hoc SS. Trinitatis sacro  
æque ac mysterio incomparabili, piè recolimus ac expendimus. Assurga-  
mus in hoc summo solemnè Consilio AGVRIS. Ponamus hodie *Lambar-  
dos, Bartolos, Hippocrates, Aristoteles*: nec de sapientiâ seculi: sed de thesauro  
Cœli, de patrimonio Crucifixi, ad instar *presteris illius, quem peritica Moses  
imposuit*, in regalem thronum crucis evecti, de *רעת קרשים* seu *notitiâ  
Sanctorum* solliciti, SS. TRINITATIS, summæ illius & imperscrutabilis  
Majestatis præcones, inter humillimas piâsq; eminentissimi mysterii medi-  
tationes intonemus illud Aguris: *Quantum est NOMEN EJUS, ET quantum  
est NOMEN FILII ejus!* Veneremur *trium in COELO testium*, qui tres unum  
sunt, mysterium, & in mysterio, quæ fides est Catholica, *unum Deum in  
Trinitate, & Trinitatem in unitate!* Veneremur quoq; majestatem 3. In  
terrâ *testium*, & in his nostræ *regenerationis* Sacramentum, quiq; olim sumus  
*μεμνημένοι & demissi εις την τωτην των ιερων νεματων*, *regenti ex aquâ* Chryf. hom.  
& *Spiritu*, ne rursus excludamur portâ cœli, memores simus vocis Christi: 40. in 1. ad  
*Quod natum est ex Spiritu, Spiritus est*, & hoc nos esse per *fructus Spiritus* Cor.  
ostendamus, quod dici volumus. Ostendamus *stipulationem bonæ consci-* 1. Pet. 3. 21.  
*entiæ*, qua coivimus SS. Trinitati, quando *baptizati in nomen Patris, Filii  
& Spiritus sancti*. Ostendamus, nos per baptismâ conscriptos in mortem  
Christi, unâ cum Christo resurrexisse *novos & in novâ vitâ peripateticos*.  
Tres Testes in cœlo, *unum sunt*: tres Testes in terrâ *sunt in unum*. Studea- Rom. 6. 4.  
mus & nos *servare unitatem Spiritus in vinculo pacis!* Quisquis pacem Chri- Eph. 43.  
sti rumpit, adversus sex hos testes facit. Neq; ergo unitatem de SS. Trinitate  
venientem, Sacramentis cœlestibus & spe vocationis nostræ cohærentem,  
scindi in Ecclesiâ, scindi in Academia, & voluntatum collidentium divortio  
separari patiamur. *Quicquid ex Deo, natum est, vincit mundum*, vincit  
Diabolum, vincit quodcunq; novæ Legi Christi, quæ est dilectio mutua, ponitur  
obstaculum.

1. Joh. 2. 14.  
15. 16. 17.

Act. 19. 24.

Vos imprimis, ò **STUDIOSI**, Victores mundi & Diaboli voluit esse S. Spiritus, quando purpuræ vestræ juvenili peculiarem scripturam dedicavit. Legite, obtestor vos, & qui vestræ triumphus ætatis est, *in DOMINO & habitante in vobis verbo, robusti estis*, ac ita *improbum seu Diabolum vincite, & quicquid est in mundo, cupiditates carnis, libidines oculorum, fastum vitæ.* **NE DILIGITE MUNDUM**, cujus *schema transit: qui verò præstat voluntatem Dei, manet in æternum.* Nolite fallacibus chartis, quæ liberius alibi cælum vobis mentiuntur, favere linguis. Possidemus domi Purpuratorum & tot Academiarum rubras ceras, quibus major habenda fides, quàm pennis tenebrionum, qui desperatam sibi causam vestro vos periculo sustinere volunt, tam suâ cœcitate, puniti, quàm callidi. Nolite frementibus *Demetriis*, quibus ex abominabilibus Templi Dianæ *τῆς πολυμάσου* imagunculis sordidum lucrum, fluxit, iudicium vestrum submittere. Committunt fallaciam causæ. Vos quod vult dedicatâ vobis scripturâ, Johannes: *Diabolum vincite!* Expuncto sacrilegâ scelerataq; manu, nec meliori autoritate, per tenebriones, *ausos, quod liceat tunicâ punire molestâ*, purpuratis etiam venerabili **RECTORIS ET CONCILII** nomine, passa nuper Academia in Cippis, quod & explicuit jam coram illo, *qui sedet in alto magnus & vigil ad vindictam Custos*, & magis explicabit, quàm domi inermis, tam multis & potentibus armata protectoribus, ipso imprimis Cæsare dignitatis Academicæ apice. Nunquam crimini decedet infamia: & servabitur in membranarum nostris barbari facinoris memoria: cujus tamen hæcenus nullam particulam vobis imputamus. Unum superest. Videmus adhuc *veteris idoli quasdam in partibus quorundam reliquias.* Ponite illas, denuo jubemus, & quod proxime literis Saxonicoꝝ docemur *ibi confectum penitus*, etiam hinc confectum dare. Non invidemus pauperculis sordidum palliolum: sed sub illo latere non debet Chamæleon. Nundinarum nunc tempus est. Emitur parvo, quo tollitur illud suspectum symbolum. Sunt alii in re lautiore, quibus nec invidemus schema luculentius. *Neque tamen imponimus plumas, ligularum saltus, gladios.* Datur inter Versicolores Moriones gladiatores, & Capitecensos habitu triobulares, medium. Hoc tutissimi ibitis. Valet, reverentes **TRIUM QUI TESTANTUR IN CÆLO**, & per has nundinarum ferias Academicas, *piè, modeste, placide, prudenter*

Rem agite!

P. P. in solemniss. **TRINITATIS** Ao. clb lbc LXII  
sub Sigillo Rectoratus.

TRES UNUM SUNT, Athanas. l. 2. ad Theopli. Johan  
 Epistolâ suâ dicit: Tres sunt qui testimonium dicunt in cælo,  
 ritus s. Et hi tres unum sunt. Conf. in disput. Athanasii  
 titulum, Nicenâ synodica edit. Commel. l. allegaris. Co  
 brof. C. Polit. contra Cajetanum Dubitantium.

Et ita quidem par apophtegmarum  
 rum ex utroq; V. & N: Instrumento authentico, in hoc  
 æque ac mysterio incomparabili, piè recolimus ac exp  
 mus in hoc summo solemnî Consilio AGVRIS. Ponat  
 dos, Bartolos, Hippocrates, Aristoteles: nec de sapientiâ fec  
 Cæli, de patrimonio Crucifixi, ad instar presteris illius,  
 imposuit, in regalem thronum crucis evecti, de D'U  
 Sanctorum solliciti, SS. TRINITATIS, summæ illius  
 Majestatis præcones, inter humillimas piâsq; eminentis  
 rationes in tonemus illud Aguris: Quantum est NOMEN  
 est NOMEN FILII ejus! Veneremur trium in COELO te  
 sunt, mysterium, & in mysterio, quæ fides est Cath  
 Trinitate, & Trinitatem in unitate! Veneremur quo  
 terrâ restium, & in his nostræ regenerationis Sacramentu  
 μέμνημοί & demissi εἰς τὴν ἀγγελίαν τῶν ἱερῶν νεμε  
 & Spiritu, ne rursus excludamur portâ cæli, memore  
 Quod natum est ex Spiritu, Spiritus est, & hoc nos es  
 ostendamus, quod dici volumus. Ostendamus stipu  
 entie, qua coivimus SS. Trinitati, quando baptizati  
 & Spiritus sancti. Ostendamus, nos per baptisma cor  
 Christi, unâ cum Christo resurrexisse novos & in nov  
 Tres Testes in cælo, unum sunt: tres Testes in terrâ st  
 mus & nos servare unitatem Spiritus in vinculo pacis! Q  
 si rumpit, adversus sex hos testes facit. Neq; ergo unit  
 venientem, Sacramentis cælestibus & spe vocationis r  
 scindi in Ecclesiâ, scindi in Academiâ, & voluntatum  
 tio separari patiamur. Quicquid ex Deo, natum est, v  
 Diabolum, vincit quodcunq; novæ Legi Christi, quæ e  
 mitur obstaculum.

B 2

the scale towards document

in Athanas.  
 Spi- Tom. 2.  
 ra p. 399.  
 Am- & 1. p. 109

LO -  
 acro  
 rga -  
 bar -  
 auro  
 toses  
 titiâ  
 bilis  
 medi  
 untum  
 unum in  
 3. In  
 amus  
 aquâ Chryf. hom.  
 ristiti: 40. in l. ad  
 ritus Cor.  
 onsci- 1. Pet. 3. 21.  
 Pili  
 ortem  
 eticos.  
 udea- Rom. 6. 41  
 Chri- Eph. 43.  
 nitate  
 item  
 divor  
 vincit  
 ua, po

Vos

